



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 12. Libellus supplex a Protestantibus Regi porrectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](#)

**Sæcul. XVI.****A.C. 1561.**

ea fide, quam Cardinalis exposuisset,  
vivere, & mori parati essent: & postea  
Regem, atque Reginam! enixe rogabant,  
ut ipsi quoque in ea constanter perse-  
verare, illamque tueri vellent: his ta-  
men verbis adjiciebant Præfules, quod  
non impedirent, ut illi, qui ab ea de-  
flexerunt, si doctrinæ modo a Lotha-  
ringio expositæ subscribere velint, ad  
cetera, quæ disceptanda restant, ex-  
plicanda admittantur: si vero id recu-  
sent, ab omni prorsus colloquio exclu-  
dendos, atque adeo e tota ditione ex-  
pellendos petebant.

## §. XII.

*Libellus supplex a Protestantibus Regi  
porrectus.***Thuan. l.c.**

Cum Theodorus Beza a Regina pete-  
ret, ut Cardinali Lotharingio ex-  
tempore respondendi facultas sibi dare-  
tur, Rex in alium diem Sessionem di-  
stulit: re autem longius protracta, Pro-  
testantium Ministri libellum supplicem  
Regi porrigunt, in quo sic loquebantur:  
„Regis jussu huc venimus, ut amice  
„sed andis dissidiis in Religionis caussa  
„exortis cum Præfulibus conveniretur;  
„sed pacis, ac generis humani hostis,  
„& ejus emissariorum astu fit, ut affecta-  
„tis protelationibus tam laudabilis co-  
„natus non solum retardetur, verum  
exitu

„exitu tandem careat: proinde petimus, Sæcul. XVI.  
 „ut Rex tam justæ cauſſæ patrociniū, A.C. 1561.  
 „Josiæ, Ochoziæ, & aliorum piorum  
 „Principum exemplo ſuſcipiat, ceptam-  
 „que in colloquio diſputationem, ſeu  
 „collationem continuandi facultatem  
 „nobis indulgeat.,,

Cum autem Protestantes ſuo libello  
 amarulenta quædam verba inſeruiſſent,  
 quibus Pontificis auctoritas, & Episco-  
 porum fides perſtrin gebatur, hinc fa-  
 ñum eſt, quod ſerius reſponſum fit, ac  
 nonniſi ſollicitantibus Valentino, &  
 Sagienſi Episcopis tandem illis data fue-  
 rit cum Prælatiſ colloquendi copia: ita-  
 que die vigesima quarta Septembris  
 Miniftri numero duodecim coram Re-  
 gina, Navarræ Rege, ejusque Conju ge,  
 aliisque Proceribus ſiſtuntur, moxque  
 in præcipuo Conventus cubiculo pri-  
 vatum iſtituitur colloquium, cui ta-  
 men nec Rex, nec Turnonius Cardina-  
 lis intererat.

### §. XIII.

#### *Altera Bezae declamatio in Poſſiacensi colloquio.*

Prior ſermonem ſuum exorsus eſt Beza *Beza l. 4.*  
 ſibi præprimis materiam feligens *p. 519.*  
 de Eccleſia, cujus naturam, signa, & *Thuan. l. 6.*  
 auctoritatē juxta hæretica ſua prin-  
 cipia exposuit: verum vix argumentum